



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

Curbertus Prescottus. Stephani.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

*Curbertus Prescottus. Stephani. Coad.*

*Anglus.  
Londini  
20. Febr.  
1647.  
Ætat 55.  
Sæc. 23.*

*Fidelis :*

*Charitas :*

Suppeditandæ ex Anglia Seminario Audomarenfi iuventuti dextrè addictus, nobilem ea in re inter plura discrimina operam nauavit non semel captus, & liber. Captus tandem iterum, ad extremum, cum Sacerdos non esset ad furcam damnatus non est; sed in carcerem perpetuum Londini conditus; eò quòd è solemni formulâ illud iusiurandum fidelitatis (vt vocant hæretici) præstare nollet, quod integrâ Sedis Apostolicæ ac fidei Catholicæ autoritate Catholicus nemo potest. In carcere in omnes beneficus, eòque charus omnibus fuit; donec annorum plurium, quibus ibi attine-

ba-



bat, ærumnæ illum sensim attriuere, ac morte optatâ consumpsere.

*P. Martinus Gattierrez.*

Ante initam Societatem, inter prima ingenia; in Societate anno 1550. initâ, inter primæ notæ viros vitæ sanctimoniâ excelluit. In B. V. honorem feriâ quartâ, & Sabbato ieiunabat; & Sabbato anno 1573. illi Romam per Gallias eunti B. Virgo prædixit mortem intra octo dies adfuturam, cum ad B. Virginis ediculam iret cum socijs. Inde redux vnâ cum comitibus, ab hæreticis captus, percussus, illusus, & in carcere ærumnis confectus est; etiam sacris reliquijs, & sacrâ supellectile ab hæreticis indignè tractatâ, quòd dicerent; Hispa-

*Hispanus.  
Cardeliani in Gallia  
21. Febr.  
1573.  
et. 49.  
Soc. 23.  
B. V.  
Ieiunia.*